

& ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Sub forma luctatoris apparet Deus Jacob, cur non potius in aliqua nube splendida, ut communiter dicitur de Abrahamo, quando Deus illi apparuit, vel in throno majestatis, ut Isaiæ 6. sed specie luctatoris? Repraesentabantur in Jacob filii ejus Judæi, qui rigide, & crudeliter obliuati erant, & ideo in eadem luctatoris forma se Deus illis exhibet. Noster D. Cyrillus Alexandrinus epist. ad Anast. ait: Patriarche Deus antea ostensus est, quod & homo futurus esset olim unigenitus ejus verbum, & quod obliuatiem habiturus esset Jerusalem, & quod coram eo non essent inaccessibiles. Expende illa verba: Et quod obliuatiem habiturus esset Jerusalem; quia Israelitæ in Jacob repræsentati obliuati erant cum Deo, ideo & illis se Deus obliuatiorem exhibet.

Quod quisquis fuerit Deo, sic Deum sibi inveniet. D. Cyril.

185. Psal. 101.

Dies declinanti declinanti a Deo. D. August.

Conqueritur David Psal. 101, numer. 12. Dies mei declinaverunt, & cur viro præclarissimo in omni virtutum genere, de quo dicitur à Deo vir secundum cor ejus, cur dies sic declinaverunt, cum ad vocem Josue Sol, & Luna sterilescent, & ad sterum Ezechie dies multiplicentur? Reg. 20, numer. 5. Cur ergo David clamanti non steterunt, ac multiplicati sunt ejus dies? Elegantiſſimè D. August. ibi ait: Potuerunt esse dies tui non declinantes, si tu à die vero non declinasses. Declinasti, & accepisti dies declinantes, quid mirum, si dies tui, facti sunt similes tuis? Ipsi sunt dies declinantes, quia tu deviasisti; Per id, quod homo est Deo, dies, & bona omnia erga eum mensurantur, stant cum stante, declinant cum declinante.

Cap 7. num. 33. Dixit autem illi Dominus, Solve calceamentum pedum tuorum, locus enim, in quo stas, terra sancta est.

Num. 34. Videns vidi afflictionem populi mei: qui est in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & descendi liberare eos, & nunc veni, mittam te in Ægyptum.

Num. 35. Hunc Moysen, quem negaverunt dicentes, quis te constituit Principem, & Judicem? Hunc Deus principem, & redemptorem misit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo.

Num. 36. Hic eduxit illos faciens prodigia, & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.


Num. 37. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel, Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tamquam me ipsum audieris.

Num. 38. Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum eo, qui loquebatur ei in monte Sion, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare vobis.

Versiones

CUM EXPOSITIONE II.

186. Syriac. Æthiop.

Verf. 33.  Illi Dominus, solve calceamentum. Syriacus: Solve calceos tuos. Æthiopicus: Ejice calceamenta, quæ ad concalcaverit hanc terram; Hoc ei præcipit Deus, ut reverentiam exhiberet Divina Majestati in loco illo præsentiam suam exhibenti, & ut magna animi submissione ac veneratione accederet ad percipienda Dei oracula. Locus, in quo stas, terra sancta est. Non ratione sui, sed præsentia Angeli ap-

parentis in persona Dei, de quo questione sequenti. 187.

Verf. 34. Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto. Syriacus: Vidi oppressionem populi mei. Arabicus: Videns vidi damnatum populum. Hæc latius in Exod. cap. 3, à num. 6. Illa repetitio videns vidi significat magnum, & peculiarem affectum, & Deus, cui omnia sunt præsentia, dicitur videre oculo pietatis, & clementiæ, ut notat D. Basilus Seleucus. Et audivi suspirium eorum. Æthiopicus: Tribulationem populorum. Afflictio dat vires orationi, ejusque oratio maxime evolat ad Deum, ut observat D. Gregor. relatus in Glossa, etsi cito non exauditur, ex eo est, ut meritum crescat, & augeatur, ut notat idem D. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 24.

Descendi, ut liberarem eos. D. Chrysostomus: 188. U. eripiam eos locutio non propria, quasi Deus de uno loco se transferat ad alium, cum ipse sit ubique, sed est metaphorica, cum Deus in terra aliquid insigne, ac speciale operatur, ut observat D. August. lib. 16. de Civit. cap. 5. & ait: Significat aliquid in terra fieri præter usum naturæ cursum.

Fere similiter Origenes homil. 4. in Genes. D. Hieronymus Theodoret. in cap. 1. Michæ. Dicitur ergo descendere Deus cum sua potentia operatur ad liberandum Hebræos de tyrannide Pharaonis, sicut descendere dicitur ad impediendam fabricam turris Babel Genes. 11. numer. 5. & ad delendam Sodomam Genes. 18. numer. 21. quamvis, ut bene notat Lyranus per respectum ad Angelum, qui loquebatur in persona Dei bene competit ascendere, & descendere de uno loco ad alium.

Et nunc veni. Si ipse erat præfens, ad quid ei dicitur veni. Rupertus, & Lyranus dicunt, quod ipse erat præfens corpore, non tamen animo: tamen ex magna obedientia Moyses existimo cum Lorino Joanne de Lahay, quod ipse erat valde promptus ad omnia Dei mandata. Dicitur ei veni phrasibus hebraica, ac si dicitur: Eia age, dispone, & præpara te.

Verf. 35. Hunc Moysen, quem negaverunt, Græviter, & fortiter pungit hic D. Stephanus rebellionem, & contumaciam Judæorum, quia hunc Moysen, quem Deus tot, & tantis sublimavit miraculis, negaverunt, dicentes: Quis te constituit Principem, & Judicem? Supra verf. 27. & multoties in deserto Numer. 15. & sæpe. Hunc Deus Principem, & redemptorem misit. Syriacus: liberatorem, vobis contradicentibus, ac invitis, ut vos educeret de captivitate Ægyptiaca, sic & nunc vobis invitis, & contradicentibus, negantibusque constituit Deus Jesum Christum redemptorem, ac Salvatorem totius mundi.

Cum manu Angeli. Id est cum auxilio, ope, ac ministerio Angeli, hæc enim omnia significat manus, cum illorum omnium sit instrumentum, ac proinde ope ipsius Angeli tot, & tanta mirabilia operatus est Moyses in liberando Israele.

Verf. 36. Hic eduxit illos faciens prodigia, &c. Syriacus: Dum eduxit miracula: virtutesque. In Ægypto, ut patet Exod. à cap. 5. usque ad 12. & in mari rubro divisione aquarum, ac subversione curruum Pharaonis Exod. 14. & ut testantur Paulus Orosius lib. 1. Historia. cap. 10. & Gregor. Turon. p. 1. Histor. cap. 10. suo tempore extrare impressos in rubro mari tractus currum, rotarumque orbitas. Et in deserto annis quadraginta de quo agitur lib. Numer. & Deuteron. ob eorum contumaciam non eduxit eos Dominus per viam rectam, sed tamquam per gyrum.

Verf. 37. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel Prophetam nempe Christum Dominum Principem omnium

Redarguit D. Stephanus Iudæos.

194. Syriac. Arabicus

195. Ex malo Prælato eriam Deus dat voces.

196. Cuius magna reverentia.

Euseb. Hugo. Rupert. Iosue. 5.

Exod. 30. 197. Theod.

Per spinas invenitur magna.

198. Theod.

Fidei mysteria non attendenda secundum sensum, sed Dei verba. Puritas Dei parat transcedit nostram mentem.

Bruno.

omnium Prophetarum. Suscitabit vobis Deus, quo ergo pacto fingitis me adversari Moysi, dum Christum à Moysse promissum vobis denuntio, potius vos illi adversari, dum Christum ab illo promissum, & præceptum, ut audiaris, & à me denuntiatum repellitis, & opprimitis. Prophetam suscitabit vobis Deus. Explicatum est cap. 3. verf. 22. 23. 24. Verf. 28. Hic est, qui fuit in Ecclesia in solitudine, Syriac. Æthiopic. Qui fuit in Congreg. Arabicus, qui fuit in cœtu Hebræorum cum Angelo, qui illa affluebat dans verba vitæ, nempe decalogum, aliasque Dei leges, quarum observatio ducit ad vitam æternam, ac gloriam.

QUÆSTIO XXIII.

Quare Deus mandat Moysi solve calceamenta pedum suorum?

EX Rubo clamat Deus ad Moysen: Solve calceamentum de pedibus tuis, Rubus arbor spinosa, agrestis, & infructifera, & ex illa dat Deus Cœlestes voces, quia sæpe ex malo Prælato in rubo adumbrato dat Deus magna, & alta documenta ad salutem, & vitam, Mens est D. Ambros. lib. de Virginib. ait: Haud dubitat, ut ex eo divine voces aliis profutura audiantur: Ad questionem.

Primo mandat Deus solve calceamenta, ut ad illam magnam visionem accederet, non tamquam ad materialem rubum, nec materialem ignem, sed tamquam ad magnum, & altum divinum mysterium cum magna reverentia, veneratione, ac submissione, & humilitate; hoc enim denotat, & significat pedes discalceare. Ita Eusebius, Hugo Victorinus, Rupert. Caietan. & ex hac ratione Angelus præcipit Iosue 5. numer. 15. calceos deponere, & Sacerdotibus Aaronicis mandabatur, ut nudis pedibus in tabernaculo inservirent Exod. 3. num. 19.

Secundo, & ita hac de causa mandat Angelus Moysi calceamenta deponere, ait Theodoret. q. 7. in Exod. Et merito ut religiosorem hac ratione Moysen redderet. Tertio ut ita Moyses tanta religione veneratione, humilitate, ac etiam spinarum compunctione mereretur tam sublime, & altum mysterium intueri, ac contemplari, & mereretur magnam potestatem faciendi miracula accipere, mereretur quoque altum gubernatoris munus, ac ducis totius Populi. Petrus Damian. lib. 3. epist. 8. ad illa obvinienda tanta compunctio requiritur.

Quarto Theodoretus arguens contra Hæreticos orat. de Christi Nativitate. habita in Concilio Ephesico. tom. 6. cap. 10. ait: Tu Deum ex rubo loquentem, Moysique ascendentem: Ego sum Deus Abraham, audiens, & ipsum Moysen pronum adorantem cernens, credis non ignis, qui cernebatur, sed Dei tantum, qui loquebatur, rationem habens: Moyses magno affectu curtebat tamquam ad rubum, & ignem materialem, clamat Deus: Solve calceamenta, ut ita multa reverentia attendat, non ad ea, quæ oculis videntur, sed ad Dei voces alta mysteria testificantia: Non ignis, qui cernebatur, sed ad Dei tantum, qui loquebatur rationem habens. Quod maxime in omnibus fidei mysteriis est considerandum, ut non attendat ad oculis ac sensibus patentia, sed ad Deum loquentem. In illo rubo ignito incombusto insinuabatur altum, & sublime Incarnationis mysterium, eminentissima, ac integerrima puritas Sanctissimæ Virginis Mariæ, ut dixi superiori questione 22. quæ omnia transcendunt nostræ mentis capacitatem. Bruno in Allegor. Tilm. Ne appropies huic, ne quareta, quæ supra te sunt, nisi Virginis casti-

tatem, nisi Christi Incarnationem investigare. Similia habet Gualfrid. in iisdem allegor. Tilm.

Quinto D. Ambrosi. de fuga sæculi cap. 5. Transi sicut Moyses, ut videas Deum Abraham, Isaac, & Jacob, & videas visum magnum, sed si videre vis, solve calceamenta pedum tuorum, solve vincula sacralia, relinque calceamentum, quod terrenum est. Calceamentum fit ex pellibus animalium, proindeque significat quid terrenum, temporale, ac carnale, qui properat ad Cœlestia, ac divina contemplanda, debet illa omnia à se abjicere, terrenis vale dixeris, & sensum acuti istius, mentem excitasti, ut alta, & sublimia valeas penetrare. Arnold. tract. de septem verbis Domini: Consecratum enim pectus doctrina, & veritati, ut intelligat, non debet secularibus negotiis, ac afflictionibus, & luctibus occupari.

Sexto, calceamenta sunt ex pellibus animalium, quæ producuntur, ac crescunt, ex eorum carne, ac sanguine, & inde denotant temporales affectus carnis, & sanguinis, deponendi, ut notant D. Hieronymum, lib. 1. contra Ioviniam. Theodoret. questione 7. in Exod. Cum Moyses vocaretur à Deo, ut legem Divinam populo daret, ipsamque duceret, ac gubernaret, recte ei mandatur calceamenta deponere, omnetque terrenos affectus carnis, & sanguinis à se abdicare, ac alienare, à quibus maxime debet esse sequestratus legis doctor, ac populi gubernator. D. Ambrosi. lib. de Isaac: Dicitur solve calceamenta pedum suorum, ut evocaretur Populum ad Dei regnum prius carnis exuvias deponeret, & nudo spiritu mentis incederet. Ita similiter Procopius.

Septimo vocat Deus Moysen, ut abjectis calceamentis incedat per terram inaquosam, plenam spinis & tribulis acutissimis, mandat Iosue 5. n. 15. ut nudis pedibus ingrediatur terram hostilem inimicorum; suis Apostolis, ut discalceatis pedibus Matth. 10. num. 10. peragrent per totum orbem, sub torrido Cœlo, & alia ex parte frigidò, inter serpentes, & Leones, cur ergo nudis pedibus, cum exinde videantur multa pericula, & nocumenta insurgere? Pro certo habe, quod cum Deus vocat, ne timeas spinas, nec inimicos, nec horrendas feras, & leones, inter hæc omnia lætus, & securus vives absque aliquo nocumento. Procopius ad caput 5. Iosue ait: Procop. Securitatem pollicetur. Angelus Iosue, quemadmodum Moysi; discipulis autem Dominus, nec virgam, nec peram, nec calceos concessit, dedit eis postestatem calcandi semper scorpiones, & serpentes.

Octavo: Mandavit Deus Moysi discalceare pedes, & eos inde semper discalceatos habuit per totam vitam, ut notat D. Gregorius Nilensis orat. 1. in Cantico ait: Nec Moyses quidem postquam ex Divino mandato semel cadavero solo pelium tegumento pedes suos exolvit, quo tempore in solo sacro, & illum minato incedebat, calceamentis pedes deinceps continuit non xisse crediunt. Moyses semel deposuit calceamenta, inde semper nudis pedibus incedere voluit, qui enim semel curis secularibus vale dixit, & qui semel nudam, & liberam ab omni carne, & libero affectu animæ affectionem gesserit, & qui semel sanctitati studere cœperit, ab ea nullo modo cessare, aut retrocedere debet.

Nono, compono modo Moysen cum Abrahamo, Moysi mandatur calceamenta solve, quia terra, in qua stas, sancta est, Abrahamus etiam in terra sancta stabat, in qua erat sacrificaturus filium suum, indeque proprio vocabulo appellabatur: Dominus videbit. Ipsaque terra à Deo ei est demonstrata, pergebant ergo pariter & venerunt ad locum, quem ostenderit ei Deus. Genes. 22. numer. 6. Et tandem ille locus designatus erat à Deo ad futurum Templum, & tamen Abrahamo in terra tam sancta non mandatur



Evacuata est mens a temporalibus ut dicitur adimpleatur.

Genes. 12.

Origen.

Contemplatione mortis Christi elevamur ad magna.

104.

Principes subditos non videntur sed suavitati regnat.

205.

Ruth. 4.

Propria voluntati dicitur qui Deus servit. Antioch. 206. Ad intelligenda Magnalia terrena dimittite.

Richard.

207. Apoc. 21.

mandatur calceos deponere, cur ergo Moyses? Moyses veniebat ex Aegypto, terra immunda cuius aliquem pulverem secum asportabat, & adhuc in temporalibus detinebatur, pascebat oves focii sui Iethro, & ideo locus sanctus ei prohibetur, nisi abjiciat calceamenta, terrenos nempe affectus. At Abrahamus ab his maxime erat denudatus: Exivit de terra sua, de cognatione sua, de domo patris sui, Genes. 12. & ita ab omni carnali affectu erat sequestratus, ut proprio filio suo non parceret, & illi, qui omnia creata a se abjecerat, merito locus sanctus non prohibetur, sed conceditur. Origenes homil. 8. in Genes. & ait: Moyses cum venisset ad locum, quem ostendit ei Deus, non permittitur accedere, sed ante ei dicitur, solve corrigiam calceamenti de pedibus tuis; Abrahæ nihil horum dicitur, & Isaac, sed ascendunt, nec calceamenta deponunt. In quo illa fortassis est ratio, quod Moyses, quamvis esset magnus, tamen de Aegypto veniebat, & erant aliqua mortalitatis vincula pedibus ejus annexa; Abraham vero nihil horum habet, sed venit ad locum, edificat altare. Dico etiam, quod cum Abrahamus pergeret ad sacrificandum filium suum, considerabat mortem Christi in tali sacrificio prefiguratum, & contemplatione tanti mysterii, maxime dispositus, ac paratus erat, ut ad magna, & alta divina admitteretur.

Decimo: Mandat Deus Moysi solvere pedum calceamenta, cur non potius denudare caput, quod signum reverentiae, ac venerationis valde frequens est apud omnes, ad quid pedum discalceatio, quod nulli antea dictum fuit? Informabat Deus Principem, & Gubernatorem populi in optima, ac praeclara gubernandi methodo, capitis operimentum sit ex lana ovium, quae tendendo absque ulla oppressione delimitur, calceamenta vero ex animalium pedibus, quae multa vi excoriando extrahitur: Bonus Gubernator a subditis exquirat, quae levi, ac suavi ratione haberi possunt, ea vero, quae excoriando, ac degluberando sunt procul se abjiciat, & repellat: Hinc notat Concilium Parisiense sub Gregorio X. lib. 2. cap. 1. Rex dicitur a recte, ac suaviter regendo, tyrannus vero a vi, ac oppressione.

Undecimo, Qui olim omni juri suo cedebat calceamentum extrahebat, & propinquo dabat, Ruth. 4. num. 7. Hinc Deus cum Moysen ad se vocat, mandat ei calceamenta deponere; qui enim a Deo vocatur, ut in terra sancta vivat, ut ei debitum obsequium, ac famulatum praestet, debet omni juri cedere, omnibusque temporalibus vale dicere. Quod argumentum late prosequitur B. Antioch. homil. 73. Dixit Deus Moysi, solve calceamentum de pedibus tuis; hoc est solve justificationem tuam carnalem; istam prudentibus, ac festum propria voluntatis, locus enim, in quo stas, terra sancta est; late prosequitur. Duodecimo: Per rubrum inflammatum, ac incombustum diximus superiori quaestione denotari Sanctissimam Virginem Mariam, ejusque illibatam puritatem, supremam, & altissimam ejus excellentiam, indeque merito mandatur Moysi solvere calceamenta, quia ad tantam celsitudinem, ac majestatem contemplandam ab omnibus mundanis, ac terrenis mens est denudanda: cum magnalia Sanctissimae Deiparae transcendunt omnem creatum captum Richardus de S. Laurentio lib. 10. de laudibus Virginis sic ait: Mens sopita esse debet a curis secularibus, ac occupationibus exterioribus, quae videre appetit, id est intelligere dignitatem, & altitudinem Mariae Virginis.

Clamat unus Angelus ad Ioannem: Veni ostendam tibi sponsam uxorem Agni, & sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum. Apocal. 21. n. 9.

& 10. Per hanc sponsam uxorem Agni interpretatur Richardus de S. Laurentio lib. 5. de laudibus Virginis; Ipsam Sanctissimam Virginem, ait: dicit sponsam, & uxorem, utpote omnibus iustis sanctissimam Agno. Dicam etiam, ut ibi dixi quaestione 15. num. 125. Sponsa ea nuncupatur, quae nondum ad conjugium venit, Deipara decantatur Sponsa ob suam eximiam puritatem, uxor tamquam fecundissima, quae quotidie sua prece, ac intercessione innumeris filios spirituales Deo generat, ac producit, tamen in rem nostram, cur ad hanc videndam, & contemplandam Angelus Ioannem elevat spiritu in montem altum, & sublimem, quod ad percipiendam sublimia, & alta mysteria de morte, passione, ac Christi victoria, ejusque potestate judiciaria factum non legimus in Apocalypsi. cap. 4. 5. & 11. cur ergo hic in sublimem, & altum montem elevatur? Magnalia Sanctissimae Deiparae ita nostrae mentis transcendunt captum, ut ad tot, & tanta in una pura creatura contemplanda necesse sit multum spiritu elevari, ac veluti super ambitum transcendere. Ad illa verba Proverb. 31. num. 9. Multa filia congregaverunt divitias, in supergressa est universas. Sic ait D. Bonavent. in speculo cap. 2. 8. ac 10. Supergressa est Maria cunctas filias, supergressa est in natura, supergressa est in gratia, supergressa est in gloria universas filias, id est universas animas, & universas intelligentias, tam hominum, quam Angelorum supergressa est.

Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus mirra, & thuris, & universi pulveris pigmentarij. Cantic. 3. num. 6. De Sanctissima Virgine admirantium vox est sanctorum, ac iustorum, ut interpretatur Cassiodorus, Aponius, Beda, & D. Anselmus, vel Coelestium spirituum Angelorum, ut vult D. Gregor. Nissenus homil. 6. Rupertus, & alii, tamen id mihi facit quaestionem dum coelestes spiritus quaerunt: Quae est ista, sicut & Cantic. 8. num. 5. nullus est, qui respondeat quae, & qualis illa est, nam dum Christus ingrederetur in gloriam, & mandatur portas tolli ad introitum ejus, & interrogatur: Quis est iste Rex gloria; Respondent Dominus virtutum, ipse est Rex gloria Psalm. 23. 10. seu ut legit D. Hieronymus Dominus exercituum ipse est Rex gloria. Dum de Beata Virgine quaeritur: Quae est ista? nullus respondet, & tamen de Christo respondent. De Christo Domino dicunt quod sit Rex virtutum, Rex exercituum, quod est proprium Dei, ac quod sit Deus, ut notant D. August. D. Remig. Noster Incognitus, ipsumque Deum acclamant, qui est immensum pelagus omnium perfectionum, indeque de eo decantant, omne id, quod dici, ac concipi potest; at totum, & amplissimum, quod resplendebat in una pura creatura Virgine, non est methodus, nec phrasis, quae de ea tantillum valeat investigare, ac leviter attingere, huc refero, quae pie, ac devote dixit doctus Idiota cap. 11. Cum ad te se convertit nostra devotionis affectus, verba deficiunt, os comprimitur, lingua obmutescit, mens obstupescit, ratio haesitans inhaeret, de te magis contemplandum, quam loquendum est, taceant de te Insula, & omnes gentes miram faciant fortitudinem suam. Vide quae dixi tom. 2. in Apocalypsi. cap. 12. q. 55.

Act. 7. n. 39. Cui noluerunt obedire Patres nostri, sed repulerunt, & averfi sunt cordibus suis in Aegyptum. Nam. 40. Dicetes ad Aar. Fac nobis Deos, qui praecedant nos; Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid factum sit ei.

Richard. de S. Laurentio lib. 5. de laudibus Virginis; Ipsam Sanctissimam Virginem, ait: dicit sponsam, & uxorem, utpote omnibus iustis sanctissimam Agno. Dicam etiam, ut ibi dixi quaestione 15. num. 125. Sponsa ea nuncupatur, quae nondum ad conjugium venit, Deipara decantatur Sponsa ob suam eximiam puritatem, uxor tamquam fecundissima, quae quotidie sua prece, ac intercessione innumeris filios spirituales Deo generat, ac producit, tamen in rem nostram, cur ad hanc videndam, & contemplandam Angelus Ioannem elevat spiritu in montem altum, & sublimem, quod ad percipiendam sublimia, & alta mysteria de morte, passione, ac Christi victoria, ejusque potestate judiciaria factum non legimus in Apocalypsi. cap. 4. 5. & 11. cur ergo hic in sublimem, & altum montem elevatur? Magnalia Sanctissimae Deiparae ita nostrae mentis transcendunt captum, ut ad tot, & tanta in una pura creatura contemplanda necesse sit multum spiritu elevari, ac veluti super ambitum transcendere. Ad illa verba Proverb. 31. num. 9. Multa filia congregaverunt divitias, in supergressa est universas. Sic ait D. Bonavent. in speculo cap. 2. 8. ac 10. Supergressa est Maria cunctas filias, supergressa est in natura, supergressa est in gratia, supergressa est in gloria universas filias, id est universas animas, & universas intelligentias, tam hominum, quam Angelorum supergressa est.

Richard. de S. Laurentio.

Apoc. 4.

Deiparae magnalia supra omnem intelligentiam. Prov. 31. D. Bona.

108.

Cantic.

Cassiod. Aponius Beda. D. Ansel. D. Nyss.

Cantic. 8.

Psal. 25. D. Hier.

Nullus intellectus creatus potest investigare magnalia Virginis.

Idiota.

Nam. 41.

Num. 41. Vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & latabantur in operibus manuum suarum.

Num. 42. Convertit autem Deus, & tradidit eos servire militiae Coeli, sicut scriptum est in libro Prophetarum: Nunquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

Num. 43. Et suscepistis tabernaculum Moloch, & Sydus Dei vestri Rempham, & figuras, quas fecistis, adorare eas, & transferam vos trans Babylonem.

Num. 44. Et tabernaculum testimonii fuit cum Patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus loquens ad Moysen, ut faceret illud secundum formam, quam viderat.

Versiones

CUM EXPOSITIONE I X.

209. Syriac. Aethiop. Lyra. Vatabl. Aethiop.

Vers. 39. Qui noluerunt obedire Patres vestri, advertite. Syriac. Noluerunt ad eum mentem advertere. Aethiopic. Spreverunt eum. Advertit Lyranus, quod hic facit corollarium de rebellionem Judaeorum. Reversi sunt cordibus in Aegyptum. Vatabl. Desiderio Aegypti flagrant. Aethiopic. Converterunt verba sua ad te ram. Aegypti, non solum dolentes quod eos educeres de Aegypto, Exod. 14. num. 11. Quid hoc facere voluisti, ut educeres nos de Aegypto, sed etiam non ni affectu volebant revertere in Aegyptum, & dicebant: Constituamus nobis ducem, & revertamur in Aegyptum. Numer. 14. num. 4. Unde de tam constanti rebellionem maxime conqueritur Deus: Tentaverunt mihi jam per decem vires, & non obedierunt voci meae citat. Numer. 14. n. 22.

Num. 14. 210. Syriac. D. Chryso. D. Cyrill.

Vers. 40. Dicentes ad Aar. fac nobis Deos, qui praecedant nos, Syriacus: Qui praecant nobis. Recte D. Chryso. D. Cyrill. Alexandr. homil. de prodit. Judae exclamatione: Incredibilis est haec insipientia, & stupiditas, cum esset enata quadam, & consummaci distinetia, aique recentium beneficiorum nullo modo ferenda oblivio: Et dicunt, Moyses autem hic, loquuntur tamquam per contemptum, tamquam de ingrato homine: Ingratitudo semper ignorat suum beneficium, de his late Exod. 32. n. 1. & 2.

Exod. 32. 211. Syriac. Aethiop.

Vers. 41. Et vitulum fecerunt. Syriac. Proinde fecit eis vitulum. Aethiopic. Fecerunt vitulum fuscum, quia Aaron ad hoc faciendum coegerunt & aurum ei ministrant, in quo graviter peccavit, quia facere idolum est intrinsece malum; quia debebat potius mortis periculo se exponere, quam idolum fabricare, quamvis ex tumultuante, & furibundo populo aliquid ejus culpa potest minui. Et id abantur in operibus manuum suarum, Syriacus: Oblectaverunt se se, Arabic. Exhilarati sumi circa idolum, quod fabricaverunt, cantantes; saltantes; & convivia agentes, quae latius referuntur Exod. 32.

Syriac. Arabic. 212. Vatabl. Syriac.

Vers. 42. Convertit autem Deus, & tradidit eos servire militiae Coeli. Vatabl. Advertit se ab eis Deus. Syriac. Aversus est Deus ab eis. Alii Revertit se ab eis: ergo cum dicitur convertit, & tradidit eos, intelligitur active, non positive impellendo, sed permissivè, & occasionaliter, deferendo eos sua gratia, & auxilio, & obijciendo occasiones, & hoc in poenam suarum iniquitatum, ac peccatorum, & in hoc sensu dicitur: Peccatum est poena peccati D. Thom. 2. 2. q. 8. art. 2. & dicitur Psalm. 104. n. 25. Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus, D. August. ibi: cor

eorum sponte malum, & invidium convertit ad odium.

Militia Coeli, Pagninus: Vi colerent militiae Coeli, id est Solem, Lunam, & Stellas, quae in phrasi Scripturae militiae Coeli dicuntur, quia cum sint multae, sunt tamquam ordines dispositae, ac ordinatae, tamquam exercitus, & unaquaque manet in suo loco, & omnes ad nutum Domini sui sunt paratae.

Sicut scriptum est in libro Prophetarum locus desumptus ex Propheta Amos cap. 5. numer. 25. Sed quomodo hoc verum; nam in consecratione Aaronis obtulerunt victimas Levit. 9. num. 7. & in dedicatione Tabernaculi Numer. 7. num. 2. Respondent primo D. Hieronymus, Albertus, Rupertus, & hic in Actibus D. Chryso. Beda, quod non obtulerunt sponte, sed, ut coacti, ac obligati a Moyses, obsequium non voluntarium suum valorem deperdit, Lyran. Vatabl. Arias dicunt, quod Hebraei in deserto rara, & pauca sacrificia obtulerunt, quia versabantur in continua peregrinatione, nec quia erant de statione ad unum diem, quia movebantur ad motum Angeli columnam moventis, ob quam causam non fuerunt circumcisi in deserto Iosue. 5. numer. 7.

Dicam etiam, praemisit D. Stephanus superiori vers. 41. quod execrabili vitulo fecerunt sacrificia, cum multa laetitia, ac jucunditate: ait ergo Deus: Non mihi obtulistis victimas in deserto, eadem nempe festivitate, ac solemnitate, ut fecistis diabolico idolo multa cum laetitia.

Vers. 43. Et suscepistis tabernaculum. Syriacus: Portastis tabernaculum. Alii Portastis conopaeum, quod erat operimentum tabernaculi; locus etiam desumptus est ex Amos cit. cap. 5. num. 25. Moloch, vel Melech, id est Rex eorum, id est Saturnus, vel Iupiter, vel Sol, qui in Coelesti militia, ut Principes eminent, & Rempham, id est Lucifer, seu Stella Veneris, de quo quaestione sequenti. Et transferam vos in Babyloniam, Apud Amos habetur: Trans Damascum. D. Hieronymus, respondet, quod S. Stephanus potius respexit ad sensum, quam ad verba; Israelitae enim captivi ducti fuerunt trans Damascum apud Assyrios, & simul fuerunt trans Babyloniam, de quo ibi Lyra, & alii.

Vers. 44. Tabernaculum testimonii fuit cum Patribus nostris. Syriacus: Ecce tabernaculum Patrum nostrorum in deserto fuit. Ecce ostendit Divus Chryso. stomus falso sibi imponi esse blasphemum contra Dei templum, quod dicit esse factum, & ordinatum ex dispositione Divina Tabernaculum testimonii, seu foederis, dicebatur testimonium, quia in eo erat arca, in qua erat Urna, Manna, in testimonium beneficiorum, quae eis dedit in deserto, erantque in ea tabulae legis, quae testabatur Dei voluntatem, & quid eis Deus praeeperat, & quidquid Deus ab eis exigebat.

Vi faceret illud secundum formam, quam viderat, Arabicus: Luxia delineamentum, & figuram, quam viderat. Deus Ideam, & exemplar Moysi ostendit in monte Sina, & juxta eam illud fabricavit; sic enim est ei mandatum: Inscribe, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Exod. 26. numer. 1. Cujus tanta erat dispositio, fabrica, architectura, ac magnitudo, ut notat D. Hieronymus. epist. 1. cap. 28. ut dicatur, quod tota orbis in eo erat descriptus.

QUAESTIO